ACAD. LUGD. BAT. BIBL.

Nobilissime Domine,

Opportunum benevolentiae et authoritatis tuae
praesidium expertus, ne debiti et obnoxii nomi-
subterfugere videar, in praesenti abstineo remunera=
=tione. Tantum tabellario mandavi [illegible]
impensas refundere Dominae coniugi tuae,
~~hoc~~ quas ei per te significatas scio.
Doleo equidem, non pervenisse litteras meas,
quibus gratias agebam pro misso ad me
uberrimum carminum tuorum amaenissimo volumine.
Nam ad illa ego siluissem! Cum ipsis silvis
rupibusque, quas traxisse cantu suo Orpheus dici=
=tur, inhumanior essem. Obstupesceram, quamvis
tacuerim: neque enim admiratio loquax esse solet.
Admiratus vero non tum solum primo novitatis
impulsu fui, sed modo quoque obstupesco, innutri=
=tum negotiis civilibus virum, tam familiariter
requiescere posse simul et in secessibus Camaenarum.
Cui enim Deae illae magis indulserunt, quam
à quo deduci in Belgium sustinuerunt, sua
venustate Belgicum sermonem ~~[illegible]~~ [illegible]?
In pretio sunt, qui quamvis altioris prudentiae
aut scientiae expertes, tot linguis ornantur:
tu vero omnis doctrinae ingeniique leporibus
tot exornare linguas potuisti. Maxima et
incomparabili (per dicerem), nisi aggressione
eximiae Modestiae et Humanitatis in te gran-
=deterrerent. Hoc ego, Vir Nobilissime, non assen=
=tandi causâ scribo, sed ut confidas me non
soli beneficio ~~tuo~~, sed virtuti etiam tuae
~~ore~~ devinctum. Illud enim vinculum mutuo quandoque be=
=neficio dissolvas; alterum vero perpetuum est,
quo semper ero
cultor tuus
Diodor. Tuldenus.

Amp. PVTEANVS
tibi suum venera=
tionem salutem dicit
Lovan. 10. Aug. 163[illegible]

Hug. 37.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Tuldenus) 2
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/614a

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Tuldenus) 2
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/614a

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Tuldenus) 2
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/614a

Nobiliss. et Clariss. Viro
ac Domino,
Dom. CONSTANTINO HUGENIO,
Equiti, Principi Auriaco à-
-Secretis et Consilijs etc.

Francq

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Tuldenus) 2
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/614a